

1430. i.e. 10. Augusti. Ex Orig. Arch. regni.

37.

Privilegium locationis villa Nowawyess
Mokoff in Districtu Pyzdrensi cum advoca:
tia.

In Nomine domini amen. Ad perpetuam rei
memoriam. Cum inter humane nature commo:
da nil dignius memoria habeatur, opportunum
existit, ut actus hominum literarum apicibus
et testium annotatione perheventur, ne la:
psu temporis evanescant. Proinde nos Wladisla:
us Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum
Craovia, Sandomiriae, Siradiae, Lancicie, Cujav:
viae Lithuanicaeque princeps supremus Pomeraniae,
Rusciaeque dominus et haeres etc. Significa:
mus tenore presentium, quibus expedit uni:
versis, presentibus et futuris, noticiam pre:
sentium habituris. Quomodo volentes thesau:
ros regni nostri uberius ampliare, et in bo:
nis nostris conditionem facere meliorem, no:
bili Schamborio De Malochow venatori no:
stro Kalisiensi fidei Dilecto, villam in nova
radia, sylva Mokow ad quadraginta mansos
se duataxat extendentem, pro nostra majesta:
te extirpare, erigere, et locare dedimus,
et concessimus. Ratione cuius locationis, atten:
tis ejusdem Schamborij fidelibus obsequijs,
et pura fidei meritis, quibus nostrae celsitudi:
ni complacuit, et adhuc aucto fidelitatis
studio praestantius poterit complacere in

Auturum
10

Futurum, volentesque ob hoc ipsum gratia
prosequi speciali, ac ad nostra obsequia con:
tinuo reddere promptiorem. Sibi et suis suc:
cessoribus in dicta nostra villa per eum col:
locanda. Quatuor mansos liberos, quos ex
dictis quadraginta mansis poterit eligere
meliores, et sextum denarium omnium cen:
sum, et tertium panarum, et cuiuslibet
rei iudicata ratione scottetie, quam ibi:
dem habebit, damus, donamus, assignamus,
et largimur tenore presentium median:
te, per ipsum et suos successores legitimos
tenendum, habendum, et perpetuis tempori:
bus pacifice possidendum, nec non donandum
commutandum, vendendum, alienandum
et in usus beneplacitis convertendum, pro:
ut sibi et suis posteris utilius videbitur ex:
pedire; ratione cuius scottetie prefatus
Schauborius et sui posteri duobus sagitta:
rijs in duobus equis, ad quamlibet regni
expeditionem nobis et nostris successoribus
obsequi tenebuntur. Ut autem eadem villa
eo totius valeat collocari, et hominum pre:
sentia adimpleri omnibus scottetibus, ta:
bernatoribus et incolis ville predictae ab omni
censuum, stationum, laborum, et quarum
libet exactionum solutione a data presen:
tium ad duodecim annorum decursum ple:
nari

nam

plenam tenore presentium concedimus liber-
 tatem, quibus elapsis, quilibet Kmethe De uno
 manso nobis singulis annis unam marcam
 laterum grossorum pro censu in festo sancti
 Martini, et quatuor pullos in festo assum-
 ptionis beate Marie virginis, et mediam se-
 xagenam ovorum solvere in festo Pasce sit
 astrictus, De quibus ipse Schamborius, et
 sui posteri sextam partem cum omnibus
 utilitatibus, et prefatis suis quatuor
 mansis parandis et fiendis quibuscunque
 vocitentur nominibus, tenebunt in eram
 et habebunt pacifice et quiete. Quam qui-
 dem villam sic locandam De jure poloni-
 co in jus theutonicum, quod Sredensedi-
 citur transferimus perpetuo duraturum,
 removectes ab inde omnia jura Poloni-
 calia, modos et consuetudines universas,
 que ipsum jus theutonicum plerumque
 perturbare consueverunt. Eximimus
 insuper et perpetuo liberamus incolas
 dicta villa ab omnium palatinorum,
 castellavorum, subcamerariorum, capi-
 taneorum, iudicum, subjudicum regni no-
 stri, nec non officialium, et ministeri-
 alium eorundem, ut coram ipsis citati,
 pro causis quibuscunque respondere mi-
 nime sint astricti. Sed dicti incolae
 coram suo Scolteto, scultetus vero co-
 ram

ram

coram nobis, aut iudice nostro generali, dum
per litteras nostras sigillo nostro muni:
tam, et hoc dum in reddenda justitia ne:
gligens repertus fuerit et remissus, fue:
rit citatus, tunc non aliter, quam suo iure
Theutonico de se querulantibus responde:
bunt. Cui Sulteto in metis dicte ville
omnes causas tam magnas, quam par:
vas, nec non super homicidijs, furtis, mem:
brorum mutilationibus, et quibusvis alijs
enormibus excessibus, plenam sententian:
dum, pronuntiandum, condemnandum, ple:
ctendum et puniendum tenore presentium
concedimus facultatem, prout hoc ipsum
ius theutonicum in omnibus suis pun:
ctis et clausulis ac conditionibus postu:
lat, et requirit, stationibus peradine,
ac alijs iuribus nostris regalibus nobis per
omnia semper salvis. Harum quibus si:
gillum nostrum est appensum testimo:
nio litterarum. Actum et datum in Woy:
borz feria quinta ipso die Sancti Lauren:
tij Martiris. Anno Domini Millesimo qua:
dringentesimo tricesimo. Presentibus re:
verendis in Christo patribus Dominis Jo:
hanne Wladislaviensi Cancellario regni
Polonie, Johanne Chelmensi Episcopo,
nec non magnificis et nobilibus, Pe:
tro de Byeschkowa scala, Cracoviensi,

Andrea



1730. 41.
Andrea De Sabin Dobrinensi, Andrea Do:
nijn Brestensi, et Thoma Scheliga Syra:
diensi, subcamerarijs nostris fidelibus Dile:
ctis. Datum per manus venerabilis Jo:
annis Episcopi Wladislaviensis Cancellarij
praedicti, et Wladislai de Opporaw Decre:
torum Doctoris, prepositi Lanciciensis,
regni Poloniae vicecancellarij, nobis sine:
re dilectorum.

Ta Kopia przepisana z oryginala
parchaminowego Dnia siedmego wie:
siga Styznia, roku pauskiego Tysia:
cznego siedmsetnego Osmdziesiqtego
piatego. U ktorego dotec wisi pie:
czec wielka na wosku bialym wyry:
ta, z sznurkiem jedwabnym w kolo:
rach czarnym, bialym, y czerwonym.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]